



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De ciue Strasburgensi, cuius anima ad corpus rediit, ca. 37.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

redire, vt sic habitu à te recepto, merear ad prædictam beatitudinem introire. Quo audito Abbas cucullam, in qua iacebat, ei extraxit; cucullam, quam in infirmitate exuerat, ei reinduens: sicque accepta benedictione, rursus expirauit. Vocatur autem domus, in qua contigerunt, * Szere: Abbas de Relashufen, per nos transiens, nobis retulit hoc miraculum, dicens se audiuisse à Priore & conuentu iam dicta domus.

* al. Sze-
se

CAPVT XXXVII.

Simile ex parte contigit hoc anno apud Strasburg. Cùm quidam ciuis ibi defunctus fuisset, & in fetro positus, anima ad corpus reuersa est; & cùm clamaret, Quomodo veni huc? quomodo veni huc? Vocata est vxor eius; ad quam ille; Dei misericordia reductus sum, & hoc tibi dico, nisi omnia quæ habemus relinquamus, non poterimus saluari. Sicque omnibus, prout poterat, salubriter dispositis, infra triduum mortuus est: fuerat eorum substantia de malo acquisita. APOLLONIVS: Quid est quod maximè morientibus possit subuenire? CAESARIVS: Confessio pura, atque contritio. Ecce exemplum.

CAPVT XXXVIII.

Magister Thomas theologus, cùm in præsentis expeditione in castro peregrinorum in camera quadam lecto decumbens esset moriturus, vidit diabolum in angulo stantem: què cùm cognouisset, voce Martini allocutus est eum, dicens; Quid hinc astas cruenta bestia? Dic mihi, quid est quod maximè vobis noceat? Cùmque ille nihil responderet, scholasticus subiunxit: A diuro te per Deum viuum, qui iudicaturus est viuos & mortuos, & seculum per ignem, vt dicas mihi huius interrogationis veritatem. Ad quod dæmon respondit; Nihil est in ecclesia, quod tantum nobis noceat, quod sic virtutes nostras eneruet, quam frequēs cōfessio: quādo enim homo in peccatis est, peccatis dico mortalib⁹, omnia eius mēbra ligata sunt, & nō potest se mouere: cùm verò peccata eadē cōfiteretur, statim liber est, & mobilis ad òne bonū. Quo audito doctor ille bonus, & crucis

Sulpit. in
epistola
ad Bassu-
lam.

Chri-